



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Fidelitas inferioris hominis potest attendi circa tria.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

rami sint boni, & sancti, & catholici.  
Debet enim aream suam a paleis, &  
zizaniis cribro expurgare; debet in  
vigilare super gregem suum ne inimi-  
cus homo h̄e resūm semina iaciat. Di-  
ligens sit ne noua doctrina & uana, no-  
nique ritus, abususque introducantur  
in ecclesia sibi commissa.

*Fidelitas inferioris hominis po-  
test attendi circa  
tria.*

**P**rimum est, ut bona sibi commis-  
sa non dissipet. **Luc.** Et hic dif-  
famatus est apud ipsum, quasi dis-  
sipasset bona ipsius. Quæ dissipatio  
fit tribus modis. Primo, quando ali-  
quis se & sua quæ expendere ad Dei  
honorem, & animæ suæ utilitatem  
debuit, expendit ad Dei contumeliā,  
& animæ damnationem; & qui totam  
vitam suam consumūt in seruitio dia-  
boli. Secundo, quando aliquis ab ope-  
re incepto desistit. **Pro.** Qui mollis  
& dissolutus est in opere suo, factus  
est suorum operum dissipator. Dis-  
solutus est, qui nullo amore, uel deside-  
rio ad opus ligatus est; Mollis est,  
qui cedit duris. Et talis dissipator o-  
perum suorum reputatur. Tertio,

**Luc. 16****Pro. 18**

CHRISTIANA

quando aliquis quod uerbo ædificat,  
exemplo postea destruit. Ecclesiasticus.

Ecc. 34

Vnus ædificans, & unus destruet,  
quid prodest illis, nisi labor? Secundum est,

Mat. 25

ut ea studiosè multiplices. Matth. Domine quinque talenta tradi-

disti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum. Tertium est, ut de par-

te quæ ad Deum pertinet, non defrau-

det. Ecclesiasticus. Da altissimò, &c.  
Sed datum ipsius, &c. duobus modis

poteſt aliquis defraudare Deum. Pri-

mo si gloriam quærit de bonis ope-

ribus quæ agit. quæ soli deo debentur,

quia ipſe eſt, qui operatur omnia ope-

ra noſtra, ſicut ipſe dixit. Sine me nihil

poteſtis facere. Vnde Pater Augu-

ſtinus. Omne enim bonum noſtrum aut ipſe eſt, aut ab ipſo. Ideo Bernar-

dus dicit. Fidelis reuera famulus ei-

ſi de multa gloria dei tui, & ſi non en-

unte a te, tamen exeunte per te, nil manibus tuis adherere contingat. Se-

cundo quando quærit gloriam de gra-

tia à domino ſit. Vnde Paulus. Qui  
habes quod non accepisti, &

accepisti, cur gloriariſ, quasi non acce-

peris?

Fiducia